IVRISPATRONATVS TRACTATVS ET FLORES IN QVIBVS CONTINENTVR

omnia ea quæ ad illam materiam ſpectant.

Autoribus excellentiſſimis viris Iureconſultis.

Dom. { Rochi de C[illegible]
Pauli de Citadinis.
Ioannis Nicolai.

Omni cum diligentia caſtigati.

Cum indice locupletiſſimo.

Ca/
250
261
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

LVGDVNI,
APVD PETRVM LANDRY.
M. D. LXXIII.

in Dno confido lic. Ioan. Bap. esp

INDEX CAPITVLORVM HVIVS TRACTATVS DE IVRE Patronatus.

*

IVRISPATRONATVS *definitio & eius apendentia.* *Fol.2.*

Iuriſpatronatus an ſit temporale, vel non temporale. *fol.18.*

Epiſcopus an poſſit facere inſtitutionem abſque præſentatione. *fol.48.*

Onus in iurepatronatus in quo conſiſtat. *fol.120.*

Vtilitas quæ prouenit ex iure patronatus in quo conſiſtat. *fol.151.*

Iuſpatronatus an competat fœminæ ſicut maſculo. *fol.162.*

Iuſpatronatus an poſſit haberi in eccleſiis cathedralibus. *fol.219.*

Iuſpatronatus quando dicatur eſſe in hæreditate teſtatoris. *fol.233.*

Fundare eccleſiam quando quis dicatur. *fol.262.*

Conſtruere quando quis dicatur eccleſiam. *fol.282.*

Iuſpatronatus an acquiratur ex ſola dotatione. *fol.305.*

Iuſpatronatus quot modis transferatur de vna perſona in aliam. *fol.333.*

Tractare verbum, quot modis in iure capi poſſit. *fol.432*

TRACTATVS PERVTILIS ET QVOTIDIANUS

TRACTATVS PERVTILIS ET QVOtidianus de Iurepatronatus, Clariſſimi vtriuſque cenſuræ doctoris domini Rochi de Curte Papien. Iura canonica ordinariè legentis in alma Ticinenſi Academia, per eum editus ſuper rubrica de iurepatronatus, cùm lectioni iuris canonici veſpertinæ præfectus eſſet: Summariis in hac vltima impreſſione cuilibet verbo huius tractatus præpoſitis: vnà cum Tabula alphabetica abundantiſſimè ſingulas materias per totum hunc tractatum diſperſas complectens.

1 *Iuſpatronatus quid ſit.*
2 *Iuſpatronatus eſt triplex.*
3 *Iuſpatronatus an poſt eccleſiæ conſecrationem poſſit acquiri.*
4 *Eccleſia ad hoc vt dicatur deducta in eſſe tria debent copulatiuè concurrere.*
5 *Patronus quare quis dicatur.*
6 *Præſentatio quæ patronis competit quæ ſit.*
7 *Præſentatio an debeat fieri coram epiſcopo, & an ſufficiat illam fieri coram aliquo clerico eccleſiæ vel ad ipſam eccleſiam, capellam vel altare patronale.*
8 *Electio & præſentatio in quibus differant.*
9 *Patronus dicens in libello ſibi competere ius eligendi, conferendi, donandi vel ordinandi eccleſiam: an propter hoc vitietur libellus.*
10 *Inſtitutio quæ ſit ſuper præſentatione quæ ſit.*
11 *Inſtitutio & confirmatio in quibus differant.*
12 *Inſtitutio & admiſſio qualiter differant.*
13 *Patronus multis nominibus appellatur.*

PERVTILIS TRACTATVS IVRIS PATRONATVS CVM SVMMARIIS DIſtinctionum: ac cauſarum quæſtionum decreti: per I. V. doct. d. Paulum de Citadinis de Collegio dominorum iuriſperitorum Mediolani: editus dum ordinariam iuris ciuilis Friburgi legeret: cúmque nouis ſummariis nuper adiectis.

Ad lectorem Pauli autoris carmen.

QVISQVIS *es: exardens patroni noſcere iura:*
Vt ſacris dentur: omnibus & laicis.
Cauſas inſpicies varias: quæ talia iura
Præſtent: ac genera plurima conſpicies:
Ius quia concedat ſacrum: quàm diſſona iura
Patroni: quámque conſerat accipies.
An cuiuis tale incumbat ius: quomodo, quando:
Vt plures capiunt: tranſeat: atque ſimul
Diſtent à laicis vt ſacri: perdere quiſque
Vt poſſit: libro hoc ſingula percipies.
Alphabeti index monſtrabit ſingula quæque:
Index per partes optima quæque docet.
Index & pariter monſtrabit ſingula certè
Diſtinxere patres quæ & voluere iura.
Decreti libro: caueas tu parcere paruo
Æri: theſauros perdere non cupias.

Iacobi Rumpfelingi Theologiæ Licentiati carmen exaſticon.

Iura patronatus quæ ſi tu lector ad vnguem
Noſſe cupis: libro hoc te duce gnarus eris.
Quæ prius innumeris ſinuoſa volumina chartis
Complectebantur, hic liber vnus habet.

Multa

D. IO. NICOLAI DELPHINATIS IN LIBRVN DE IVRE PATRONATVS,

PRAEFATIO.

IN hoc noſtro lib. quē in duos libellos diuiſū eſſe volumus, de Iurepatronatus, deque omnibus ad illū ſpectantibus, quàm breuiſsimè, tum vtiliſſimè agimus. Primo enim libello ponimus quid ſit ius, & quotuplex, tum quid ius patronatus, vnde dicatur, quonāmodo, per quos & coram quibus conſtituatur: atque interim penſionum materiam, vt maximè ſcitu dignam, explicamus. Secundo autem libello iuriſpatronatus vtilitas, quænam ſit, & qualis, & quidnam agendum patrono incumbat, dicimus: & eo, quod incumbit, non agēte, nunquid iurepatronatu priuari poſsit, quærimus, ac determinamus. Nouiſsimo loco beneficiorum permutationes compendioſè ſubiungimus: atque ita, vt etſi quàm breuiſsimè, nihil tamen videatur omiſſum. Dignitates enim, perſonatus, officia, beneficia, tum ſimplicia, tum duplicia, quænā ſint elucidamus: omniaque ſuperis ita nobis aſpirantibus, quærendo,

D. IOANNIS NICOLAI Delphinatis, *Auenionenſis Eccleſiæ Canonici, iuriſpatronatus, penſionum, ac permutationum liber primus.*

* *
*

ARGVMENTVM.

Ius quid ſit, & quotulex: in multas enim ſpecies, tanquam partes diſtributum eſſe conſtat.

ERGO ius eſt † ars boni, & 1
æqui. l.j.de iuſti.& iur.ff.& generaliter capitur ius, pro eo quod iubetur à Deo.natura, conſuetudine, vel lege generali, vel ſpeciali, vt ſtatuto:& procedit, dum dicitur eſt ars, &c.intelligendo pro ſcientia iuris, prout dicitur eſſe in mente hominis habentis noticiam diuinæ, & humanæ legis, & † effectus 2
iuſtitiæ. qui eſt reddere vnicuique, quod ſuum eſt. & dicitur à iuſtitia. quidam tamen à iuſſu per apocopem ducunt. nihil enim aliud eſt ius, (vt dictum eſt) quàm quod vel Deus, vel natura, vel gens, aut populus, aut ciuitas, vel conſuetudo iubet: quod iuriſconſulti diffinitioni nõ refragatur, dum Celſus ait, eſt ars boni, & æqui. l. prima. in princ. de iuſti. & iur. ff. Et facit hoc ad quæſtionem. in contractibus enim apponi ſolet, Titius, &c. renuntiauit omni iuri, &c. An intelligatur renuntiaſſe † communi iuri ſibi fauorabili, an etiam ſpe- 3